



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De sanctificatio[n]e p[ri]mo genito[rum] ca. xxviiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Libri Exod.

eos congregatos, et luna, et vice expectasse quartam decimam.

De morte primogenitorum **Ca. XXVI.**

Scriptum est autem

f noctis medio, percussit dominus omne primogenitum egypti, nec erat domus in qua non iaceret mortuus, domino forte ita procurante non fuisse domum absque primogenito. Populus suus pharaon dixit moysi per nuncios ut egredere cum ovis suis, imo et egyptii urgebant eos egredere. Tulit igitur populus farinam dispersam super hunc ros ligatam in pallio, et perierunt vasa ab egyptiis vestigia pluviae: et spoliaverunt egyptios ex parte pro domino, tum pro mercede laborum quam fraudati erant tum ut inde fieret tabernaculum. Et erat quies, decem milia virorum peritum absque puillis et vulgo famulatum eis inumerabile, et duxerunt secum diversi generis animalia multa nimis, israel dimisit.

De exitu israel de egypto **Ca. XXVII.**

Scriptum est autem

f ut nihil propter solitum adhuc iunderet terram in qua erat sepulcrum ioseph. Tenebant autem iuramento asportare ossa eius. Tunc moyses scripsit in lamina aurea nomen domini tetragrammatum: quod supposita aequo signatauit: ut quod dum venies staret supra viam erat sepulcrum. Et effodientes sustulerunt ossa quae sublata leguntur eis prophetasse forte de difficultate itineris. Tunc hebreae tradunt: quod ovis ex iproniso astitit iuxta eos quod locuta est ad eos, Ob quam rem duxerunt eam secum multo tempore per desertum, et dixerunt eam ovem ioseph: de qua ibi, Qui deducet velut ovem ioseph. In ingressu etiam eorum terremotu factum multa templa egypti cum idolis suis corruerunt. Habitatio autem filiorum israel in egypto fuit, cccc. lxx. annorum. Sed noie egypti intelligendum est omnia incolatum eorum, quod incepit a promissione abrae facta in via mesopotamiae: a qua usque ad legem datam tot anni superavit Solis enim, c. lxxij. annis servavit israel in egypto post mortem ioseph. Quibus expletis eadem die egressa est omnis multitudo de terra egypti: quod etiam mirabiliter a deo factum est. Vel forte eadem die qua exiit abraham ad peregrinandum. Et nota quod habetur die qua egressi sunt, et infra. Demerente diei huius in qua egressi estis de egypto prima

die, scilicet azymorum, etiam supra legitur dictum eis, nullus egredietur ostium domus suae usque mane. e contra statim legitur habet. Non ista observabilis est dominum quando educit eos de terra egypti: et in benedictione cerei dicunt nocte educit. Forte intelligendum est nocte eductos, id est ad mane egrediendum ab egyptiis nocte compulso. Profectus etiam sunt de ramesse in sochoth, nec sunt secuti eos egyptii sepelientes mortuos suos. Dulci etiam egyptiorum flebat penitentes: quod eis fuerat tam crudeles. Loxeruntque farinam quam tulerat de egypto, feceruntque sub cithericeos panes azymos: et modico tempore coagulatos. His enim visum sunt, xxx. diebus. Non enim ultra suffecerunt quae tulerat de egypto: licet sub necessitate custodirentur: nec eis ad satietatem vescerentur.

De sanctificatione primogenitorum.

Capitulum XXVIII.

Scriptum est iterum dominus

dominus ad moysen Sanctifica mihi omne primogenitum masculinum quod aperit vulvum, tam de hominibus quam de iumentis: quod percussit primogenita egypti in liberatione eorum. Et quod solus masculos pro se sibi voluit sanctificari, dicitur per non percussos nisi tantum masculos. Vel forte quod primogenita eorum a percussore angelo liberauerat. et hoc modo sua erant, voluitque ut deinceps essent sua omnia. Ut quod ex omni fructu primo honorandus est deus. Primogeniti ergo quae erant de filiis levi ut offerebantur nec redimebantur et serviebant iugiter domino: primogeniti aliorum offerebantur: et, v. siculis redimebantur. Primogenita pecorum apta ad imolandum oblata erant sacerdotum. Immundorum vero non oblata quaedam redimebantur: ut primogenitum asini one mutabatur quod pro eo offerebatur, quaedam nec etiam redempta occidebantur: ut primogenitum canis. Et adiecit dominus Cum introduxerit te dominus in terram promissam: intima haec filijs tuis servanda ritu sempiterno. Eruntque haec quasi signum in manu tua: et quasi appensum quod ob recordationem ante oculos tuos, ut scilicet huiusmodi liberationis memoria non aliter veniret in oblivionem: quae que manu geruntur: vel ante oculos appendunt. Quod pharisaei ad litteram observantes in chartis haec scribebant, et decalogum simul: et eas sinistris circumligabant brachijs: et inter oculos appendebant: quas dominus in evangelio phylacteria vocat a phylaxer thozac.

De deserto egypti.

Ca. XXIX.

f